Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37917
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv



12

ut nulli omo hom liceat prefatam ecclam
temere perturbare aut eius possessiones auferre
vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet
vexationibus fatigare Sed illibata omia et integra
conserventur eorum pro quorum gubernatione
et sustentatione concessa sunt vobis omnimodis
profutura Salva sedis apostolice auctte et Salzge
burgen archiepi canonica reverentia Si qua
igitur in futurum ecclastica secularve persona
hanc ire constitutionem pugnam sciens contra
eam temere venire tentaverit secundo tertiove
commonita nisi presumptionem suam digna
satisfactione correxerit potestatis honoris sui digni
tate careat reamq; se divino iudicio existere de
perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo
corpore et sanguine dei et dni redemptoris nri
ihu xpi aliena fiat atq; in extremo examine
districte ultioni subiaceat Cunctis autem eidem
loco sua iura servantibus sit pax dni nri ihu
xpi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant
et apud districtum iudicem premia eterne pacis
inveniant (Amen)

Urbanus III.
f. S. Paulo ex 1186.

Urbanus episcopus servus servorum
dei Dilectis filiis Bundalticho preposito sancti
Ruberti Salzburgen ecclie eiusq; fratribus tam
presbiteris qui iuxta canonicam vitam professis
in perpetuum Quotiens a nobis petitur quod
religioni et honestati convenire dinoscitur huic
nos decet liberali tenedere et petentium desideriis
congaudere suffragium impertire Ea propter
dilecti in dno filii vestris iustis postulationibus

13

clementer annuimus et prefatam ecclam sancti
Ruberti in qua divino mancipati estis obsequio
ad exemplar predecessoris nri sedis accedentes
sub beati petri et nra protectione
suscipimus et privilegio sedis apostolici communi
munimus In primis siquidem statuentes ut
ordo canonicus qui secundum deum et beati Augustini
regulam atq; institutionem bone memorie Chun
radi quondam Salzeburgen archiepi in
eodem loco institutus esse dinoscitur perpetuis
ibidem temporibus inviolabiliter observetur
Preterea quascumq; possessiones quecumq;
bona eadem ecclia in presentarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione
fidelium seu aliis iustis modis prestante dno
poterit adipisci firma vobis vestisq; successoribus
et illibata permaneant In quibus hec propria
duximus exprimenda vocabulis locum ipsum
in quo prefata ecclia sita est cum omnibus
pertinentiis suis Sanximus etiam ut nullus
de loco in quo statuti estis audeat vos amovere
aut ordinem alterius professionis super vos
inducere Quecumq; novalium vestrorum que propriis
manibus vel sumptibus vestris sive de nutrimentis animalium vestrorum decimas a vobis
nullus extorquere presumat Liceat quoq;
vobis clericos vel laicos servitio fugientes li
beros et absolutos ad conversionem recipere
et eos sine contradictione aliqua retinere
Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum
post factam in eodem loco professionem nisi
arctioris religionis optentu sine prioris sui
licentia fas sit ab eodem loco discedere dis
dentem vero absq; communium litterarum
tione nullus audeat retinere Cum autem